



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

§. 2. Qui possint legem abrogare, vel derogare

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

dispensationem cuiusvis vineuli fieri posse sola interiori voluntate dispensantis. Item haec revocatio est iurisdictioni exercitum; sed hoc esse non potest per actus inter nos. Ergo non potest esse legis revocatio actu solo interiori. Requiritur ergo, ut aliquo modo iubet manifestetur: & ita tenet Salas, Azor, Valquez, Suarez, & alii ab eisdem relati *sapra*.

6 Quia autem publicatio sufficiat, & necessaria sit, prudenter arbitrio est consideranda, & praecepit attendenda est consuetudo, si aliqua sit. Nam cum haec revocatio non sit per legem, non erit necessaria publicatio, quia ad legem est requirita. At consuebit esse ita publicam, ut facile in omnibus, qui lege ligantur, notitiam deuenient possit; neque debet Principem velie alteris legi obligationem definire, quia recta gubernatione maximè concuerit, ut siue omnes simul fuerint legi obligati, omnes simul illa solvantur. Ex quo sit scientem legis revocationem non adhuc solui lege, quoque revocatio fuerit publicata, ut communiter in subditorum notitiam deuenient possit, sicuti diximus de lege Pontificia: neque presumenda est alia voluntas in legislatore ob rationes dictas, dum aliud non exprimitur.

7 Secunda difficultas est in abrogatione per legem, quando lex posterior censetur priorē abrogare?

Cui difficultas respondet primum. Si lex prior generalis erat, & in communi iure interta, & secunda eadem generalitate loquitur, eo ipso, quo fuit lex priori contraria censenda est abrogata, neque necesse est prioris mentionem facere. Ratio est, quia Principem legem posteriorē ferens, conscientia erat legis prioris contraria: hanc enim ignorare non presumuntur ex c. de constit. in 6. Sed non obstante illa legge, tali legem contraria, ergo voluit illam derogare: sic docent omnes cum glossa in *sapra* addit. cap. & in leg. sed & posteriores de legibus verbo, nisi oritur a fin.

8 Limite aliqui, nisi prior lex firmata fuerit iuramento, de non derogando illam, nisi illius sit explicita mentio, quia tunc illa lex nouo vinculo ea stabilita, ac priuilegio non est presumendum contraria legi voluisse Principem abrogate. Sic docet Azor 1. part. lib. 5. cap. 6. & 6. Emanuel Saa verbo, lex. n. 29. in virtute edit. confessio Bonacina disp. 1. q. 1. p. 1. vlt. s. l. uers. ego vero. in casu, quo iuramentum non est solum affectuum de praesenti, sed promissorum de futuro, scilicet de non revocando legem: & sunt potest ex his, quae de revocatione privilegiorum tradit Suarez lib. 8. c. 14. n. 6.

Praeceter mihi haec limitatio ea praecepit ratione, quia tunc non est presumendum Principem habuisse memoriam legis prioris iuramento stabilitate; & consequenter procedere revocatoriam legem ex ignorantia prioris, ac proinde non habere effectum. Neque obstat iuris communis ignorantiam in Principio non presumi, cap. 1. de constit. in 6. quia hoc est generaliter verum, quoties nullum sequitur inconveniens: at in praesenti sequitur non lege inconveniens, nisi praesumat illa ignorantia, quia sequitur Principem violale iuramenti factum de non revocanda lege, siquidem illam, non relaxato iuramento intendit revocare: quoties autem duae presumptions concuerint in uno actu, illi praualebit debet, pro qua est honesta, & excludenda presumptione delictum contineat. Neque obstat etiam pro actus valore presumendum esse, & consequenter pro lege posteriori, ut multi relatis docet Menochius de presumpt. lib. 6. tota presumpt. & quia, vi ipius Menochius *sapradicta presumpt. num. 50.* affutat, non procedit haec presumptione de valore actus, quando repugnat mens disponens, quae omnino offendereunt, si sumeratur interpretatio validitatis actus. At in praesenti clarum est offendit Principem, si presumatur iuris iuramento à se factum de non revocanda lege, nisi illius mentionem faciat, illam revocare, nulla prioris facta mentione, nec relato iuramento.

9 Dixi posteriorem legem abrogate priorē, dummodo priori contraria sitnam si aliquo modo excusat potest contrarietas, legum correctione, quod fieri possit, vitanda est, ex leg. ultim. Cod. de appell. & 1. I. C. de inefficiis, dorib. & tradit. Bart. 1. & constante ff. pluto matris. n. 39. & plusibus relatis Tiraquel. in prefat. num. 62. Et ratio est, quia mutatio legum damna est reipublica, per se loquendo; quapropter fieri non potest, nisi vbi virgens necessitas vel utilitas interueniat, ut colligatur satis ex *sapradictis* texibus.

Aliqui haec doctrinam extendunt, ut procedat etiam, si ad hanc correctionem vitandam, fuerit necessarium verba legis correctoris impropriate: sic docent alios referentes Sanchez lib. 1. de matr. disp. 17. & 18. Guicciard lib. 3. practic. quas. 1. & 3. At haec extensio mihi absolutè non probatur, quia alias nihil esset fierium in legibus, solum enim verba impropriata sunt, ut evenerit aliqua iniustitia, & iniuritia, vel calumne ne dispositio iniurialis, & iniurialis reddatur, ut bene tradunt Felius, Panormit, & Decius in cap. 1. de constitut. Bart. in leg. omnes populi, ff. de iustit. & iure. n. 57. & 58. Suarez lib. 6. de legib. cap. 27. n. 29. 1. Salas disp. 1. 8. sect. 6. n. 15. & iunctum ex glossa, non possunt ff. de legibus.

10 Dico secundū, si lex specialis, aut generalis abroganda

extra ius commune sit, tunc per posteriorem legem contraria non abrogatur, nec derogatur, nisi illius latenter in genere faciat mentionem, quia non praeiutorum edita ex scientia prioris legis, eo quod ea quae sunt extra ius commune, ignorari à Principe presumuntur ex d. c. 1. de constit. in 6. tradit. Suarez n. 12. Salas sect. 6. circa finem.

11 Dico tertium, si lex abroganda in iure communi infesta specialis sit pro aliquo loco, vel speciali aliqua materia per posteriorem legem iueneralem, non censetur abrogata, nisi illius meminitur, sed potius ex illa legi ex*iueneralem* debet limitari seu derogari. Tunc quia est regula communis: generi per speciem derogatur, ubi glossa communiter recepta explicat, etiam species praecebat: tum quia *iuenerale* lex potest subfistere. Ergo credendum est ita principem volunti: tum denique, quia derogatio legis est vitanda, quod fieri potest, sed in praesenti vitari potest, affirmando posteriorem legem *iueneralem* fieri cum illa tacita limitatione, & exceptione prioris legis: ergo ita interpretandu est: sic docent Bart. Abbas Ias. Decius Bald. & alii plures relati a Sanchez lib. 2. de matr. disp. 2. 4. num. 6. & addit hoc esse verum etiam in lege nova sit clausula. Non obstante, debet enim intelligi, legi contraria, qua non possit praecedenti sustineri per aliquam limitationem, seu distinctionem, idem tradit Suarez, & Salas *sapra*. Anton. Gabi. tom. 2. comm. lib. 10. verbo lex. fol. 50. Azeued. lib. 5. recipil. tit. 4. 1. & 2. Matienz. ibi glossa 3. n. 11. & tit. 11. 1. glossa 8. n. 5. in prim. & alii plures, quos ipsi referunt.

S. II.

Qui possint legem abrogare, vel derogare.

- 1 Qui illam tulit, & eius successor illam abrogare potest.
- 2 Inferior non potest legem superioris abrogare.
- 3 An inferior in suo territorio possit superioris legem abrogare? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Communis sententia hanc potestatem in legibus ciuilibus admittit, non in canonica.
- 5 Nullus inferior potest sine pura derogatione, sine statuto contrario superioris legem abrogare.
- 6 Satisfacti ratione dubitandi.
- 7 Statuta conformata à superiori, possint inferior illa condens reuocare: Negat communis sententia.
- 8 Qua ratione hac communis sententia vera sit, exponitur.
- 9 Posti Episcopis abrogare constitutiones factas in Synodo diocesana? Proponitur dubitandi ratio.
- 10 Censeo probabilis posse.
- 11 Satisfacti argum. num. 9. adductio.

1 Ceterum est legem revocari posse ab eo, qui illam tulit vel ab eius successore, qui tandem cum legislatore, habet potestatem, vel à superiori illorum. De legislatore constat quia dependet ab eius voluntate. De successore, idem probatur, quia habet cum illo tandem potestatem. Item, quia nullus suo successori aequali prohibere potest abrogacionem legis à se factae, sicut nec ubi prohibere potest. Quia par in patrem non habet iurisdictionem. De superiori autem idem constat, quia habet *iueneralem* iurisdictionem. Quia ratione Pontifex *sapè* leges ciuilis abrogavit, eo quod bonis moribus contraria fuerint, vel prajudicauerint libertati, viti sacramentorum, dispositioni recte piaum cauorum, & aliotum bonorum Ecclesiasticum, quia ob huiusmodi titulum, superior est Pontifex quilibet legiſtator ciuilis, ut recte mulius exemplis confirmat Azor 1. part. lib. 5. cap. 20. & seqq. docet Suarez lib. 6. cap. 6. numero 3. Salas disp. 1. sect. 4.

2 Secundum certum est inferiorem non posse legem superioris abrogare, quia superior potest non subdirt inferiori, ex cap. cum inferior. de maiorit. & obedienc. & habetur Clement. n. Romant. de elect. Ex quo si neque Episcopum abrogare posse legem Pontificis, neque Concilii prouincialis, quia huiusmodi leges latere sunt à superiori. Item Episcopus solum habet iurisdictionem in sua diocesi, extra illam non habet: leges autem Pontificiae, & Synodi prouincialis obligationem inducent non solum pro sua diocesi, sed etiam pro aliis. Ergo Episcopus non potest illarum obligationem tollere, sic omnes supponunt, quos supervacuum est recensere.

3 Difficultas autem est, an inferior habens potestatem condendi legem in suo territorio, possit legem condere contraria legi *iuenerali* superioris, vel illam pro suo territorio abrogare? Ratio dubitandi est quia inferior ea de causa habet potestatem dispensandi in legi superiori; Episcopus, inquam, in legibus Pontificis, & magistratus in legibus regis; quia pertinet haec potestas ad rectam, & suauem dictio dictionis gubernacionem. Sed etiam ad rectam, & suauem dictionis gubernacionem petinet habere potestatem derogandi leges superioris, cum sapere lex *iuenerale* in aliqua prouincia minus vitiis, vel potius damnosa iudicaret. Ergo gubernator illius prouincia potestatem habere debet impediens illius obligationem.

Ex confirmari potest hæc ratio ex pluribus statutis municipaliibus iuri communi contrariis, quæ valorem habent, plura refert Azot lib. 5. cap. 25. quæst. 11. & 14. Ex iure enim communis haberet, ut aliquis ob delictum alterius puniatur, & tradit Batt. in l. 1. n. 4. num. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. & Iulius Clarus cum communis sententiâ lib. 1. recept. sent. in præf. criminis qn. 8. n. 1. & sequenti. & tamen valer statutum, quo caueatur dominium tenetis facere damna famulorum, quæ commissæ fuerint etiam ipso neficiente, & patrem damna filiorum, & alia similia statua palliū fiant. Ergo optimè potest inferior, in suo territorio legem superioris abrogare.

4. Communis sententia admittit hanc potestatem in ciuitatibus legibus i negat tamen in Canonice sic lat. in Lomnes populi, ff. de iustit. & iur. Panormitanus, in cap. ultim. de confessad. feccus cap. quod super his, de maiorie. & obediens. numero 2. Rocha de Cutte tructas. de confessad. scđ. 3. numero 6. Albano, tractat. de statutis. 1. part. quæst. 7. Prior pars hiuius communis sententia probari potest ratione dubitandi. Secundò videtur definita in cap. quod super his, de maiorie & obediens. ibi, nihil statut. quod canonice oī est illud. Idem potest ex Clement. ne Romani, de elect. & ex cap. institutionis, capite Ecclesiastice, & aliis quæ referuntur 25. quæst. 2. Ratio autem differenter ea esse potest, quia omnis iurisdictio Ecclesiastica, seu circa leges canonicas dimittit à Pontifice, qui non accepit illam ab Ecclesia, sed a Christo Domino. Ergo dum non constat Pizianus inferiorius dedita Ponificem facultatem derogandi suis legibus, non tamen cendi illam potestatem habere. At in iurisdictione politica, alter res se habet, siquidem à republica Rex accipit potestatem. Quid ergo mirum, si translatum in ilium ea conditione, ut quotieslibi vi suum factio bono communi expediens legum regalium efficaciam impedit, id efficiere potest Ergo.

5. Nihilominus tamen dimid est nullum inferiorem posse superioris legem derogare sive pura derogatione, sive statuta contradictione ab ipsorum superiori habeat potestatem, quæ tamen presumenda nunquam est nisi probetur: sic lat. & optimè probata lib. 6. cap. 6. n. 9.

Precipua ratio definiens debet ex ipsis terminis inferioris, & superioris: si enim inferior à se potestem habere leges superioris derogandi, inferior non esset illo, sed potius superior. Ex qua ratione probatum est, ut ad legis constitutionem non esse necessarium populi acceptationem, quin legislator posset populum tenetem legibus conuenientibus adstringere. Nam licet à populo potestem gubernacionis accepterit non illam accepte populo subordinata i alia populus manet superior, & non poterit Principe cogi, quod est contra debitam Principi subordinationem.

6. Neque obstat ratio dubitandi. Nego eam inferiorum habere de se potestem dispensandi in lege superiori: tamen regulariter illam à superiori. Tunc quia dispensations potest magis sit necessaria, quam abrogationis, quia frequentius occurunt circumstantiae pertinentes dispensationem, & non derogationem. Tum etiam, quia dispensatione, quæ sit ad unum, vel alium casum, non ita vulneratur lex, & derogatione commutari. Quod si daremus aliquando legem communem minus vilium pronoucia iudicati, consuli debet superior, & ab illo derogatio expostulari, interim tamen feruanda est, nisi manifeste contineat non potuisse Principem, vel noluisse in illa occasione obligare.

Ad confirmationem respondeo statuta illa non esse contra dispositionem iuri communis, sed præter illam: iure enim communis non est prohibitum expellere, ne aliquis innocens puniat in his suis ob delictum alterius; quando id à republica iudicabitur expedire ob communem bonum, sed solum est concessa talis punitio in personis, quæ aliquo modo participes delictum facti: omnis tamen illius obseruatione nouis statutis, & penitus adiuvante, ut traditum glossa communiter recepta in Clement. ne Romani, verbo soli, de elect. Cardinalib. quæst. 3. Bonifac. n. 16. & 17. Imola n. 28. Covarr. 4. decret. 2. p. cap. 6. initio. r. 18. & 19. Menoch. de arbitriar. lib. 2. cetero. 4. cap. 39. n. 4. Matienz. lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 1. glossa 7. num. 9. Marant. pract. 6. part. tit. 8. & per securius aliquando per via. n. 2. & alijs ab eisdem relati. Illa tamen statuta non contrariantur, sed potius adiuvant communis iuriis dispositionem, ac prouide feruenda sunt.

7. Secunda difficultas est, an statuta confirmata à superiori, possit conditor illorum abrogare. Verbi gratia, statuta aliquius Episcopatus à Sede Apostolica confirmata, possit Episcopus abrogare; & statuta aliquis prouincia confirmata à Rego possit ipsa prouincia?

Ergo de Castro Sum. Mor. Pars I.

Communis sententia docet reuocari non posse, quia per illam facta sunt leges superioris, siquidem auctoritate illius sunt roboretur: illa enim nostra facimus, inquit Ponifex, in c. si Apostolica de præbend. in 6. quibus auctoritatem imperatur. Item ubi Princeps confirmat, idem c. & agi fieri sententiam. l. 1. q. sed negue, C. de veteri iure encyclop. sic docet Boetus de Synod. Episcop. 2. p. art. 4. n. 12. Sayto theseni casum, in l. 1. tom. lib. 6. cap. 11. n. 11. Azot lib. 5. n. 11. moralium, cap. 25. q. 7. Sylvest. verbo beneficium, 3. q. 9. n. 13. Thom. Sanch. alias referens, lib. 8. de mair. disp. 17. n. 30. Barbola de potestate Episcopi, 2. part. allegas. 34. n. 7.

8. Hæc tamen communis sententia vetissima est, casu quo Princeps addiderit in confirmatione clausulam illam, ut si quidem contra fieri, non valeret: tuac enim ipsi statutibus tollitur, ne contra statutum sic confirmatum procedere: habetur expressè cap. delicto. de præbend. & notarii glossa ibi. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 26. n. 24. Salas eius verba transferens disp. 18. scđ. 3. n. 12.

At si princeps illa verba non addiderit, sed solum confirmationem simplicem approbatur, non eater difficultate illi a communis sententia potest enim confirmatione superioris expostulari, & fieri ob quadam auctoritatem, & specialem splendoris, in qui ex approbatione superioris advenit statutis sic confirmatis, & non ob specialem aliquam vim obligandi. Ergo cum non constat esse petitat hanc novam obligationem, non debet cendi à Princeps concessa: tum quia inducere novam obligationem, oditum est; tum quia Princeps si velit inducere obligationem legis communis, poterat ad te illa verba / cap. delicto. vt si quid contra fieri, non valeat. Ergo cum non adiret, censetur solum statuta approbatu iuxta illorum obligationem, non novam inducere. Quapropter censeo, quores ita uita recipiit communis statendum, etiam si à Sede Apostolica confirmatum sit, confirmatione, inquam, simplici, posse detegari, seu abrogari ab statutibus i quia non debet præsumi superior velle iunctu beneficium conferre, & ad favorem recipiendum obligare volentem: sic glossa in dicto c. dilecto filio, de præbendis, verb. huiusmodi: clausula, & constat ex cap. cum Ma. cap. cum accessu, de constitutis, & tradit. Suarez, & Salas sap. Emanuel. Saia in virtute editione num. 30. ibi contra statutum etiam à Princeps confirmatione possunt facere statuentes, si est principaliter in eorum favorem, quia tunc confirmatione habet vim priuilegii, cui potest remunerari.

Venit si statutum eo si matu. à Princeps non tam sit in favore statutum, quam aliorum, pro quibus statutur, censeto distinctione esse venditum, si seduia confirmatione Princeps habebat vim obligandi, ex quod conditor statuti iurisdictionem habebat imponendi obligationem, & statuta condendi, regulariter confirmatione ob auctoritatem, & honorem expostulari. & sic censenda est concedi, dum aliquid non constat: ac proinde potest statutum abrogari à conditore, ac si confirmationum non esset, sic docent Bald. Lex placitis, C. de resum permuat. n. 12. & seq. Batt. in Lomnes populi, ff. de iustit. & iur. num. 33. Sicut. num. 22. Si autem conditor statutum in bonum aliorum possetatem non habet obligandi illos, pro quibus statutum conditur, & sunt plurimæ communites statuta condentes, tunc certè præsumendum est confirmationem expostulari, ut legem à superiori: siquidem ipsi statuentes, legem facere non possunt, & superioriter ita concedere, sic Suarez num. 25. Salas illa scđ. 5. fine. Quia confirmatione polia non potest statuti conditoris statutum derogare, quia non potest legem superioris derogare. Non nego tamen posse aliquando confirmationem expostulati etiam in his statutis ob auctoritatem, & non ob obligations impositionem. Sed dico hoc non esse præsumendum, nisi clavis constet: quia confundendo, & communis vius declaravit hanc confirmationem pro obligatione sibi necessaria expostulari: siquidem ex se non habent vim obligandi.

9. Tertia difficultas est, an Episcopus, vel Archiepiscopus abrogare possit constitutiones à se factas in synodo diœcesana? Videut non posse, primo, quia constitutiones sic facta viva habent ab Episcopo, & à clericis ibi congregatis: omnes enim ibi habent suffragium decisum, vt docet Imola cap. gratus n. 12. de præbend. ad finem. Ergo non potest solus Episcopus eas abrogare, quia non est solus eam legislator. Secundo, quia Episcopus non est superior sua Syedea: est enim pars illius sicut Decanus est pars Capituli Ecclesiæ Cathedralis. Ergo non potest abrogare statutum factum à Synodo. Tertiò, quia ipsemet Episcopus legibus, & constitutionibus synodalibus auctoratur, vt docet Medina. 1. 1. quæst. 9. 6. art. 5. dñb. 2. cond. 1. Gallego de cognatis, spirit. c. p. 1. n. 18. Manuci 1. item, summa in 2. ead. cap. 22. 7. n. 1. fine. Vega 1. com. summa. cap. 88. cap. 2. fin. Quarto. Nam etiam Episcopus solus sit, qui in synodo diœcesana habet potestatem condendi statuta & clericis ibi congregatis sedam præsumere confidit: hoc tamen efficeret videut, vt absque illorum consensu abrogari non possit, quia statutum factum de confessis aliquorū transit in contractum, ac proinde non potest sine simili consensu reuocari, vt tenet Batt. in l. omnes populi. n. 29. verific. distingue, ff. de iustit. & iur. Alexand.

R. 3 conf.

¶ n. 1. et 1. v. 1. ¶ idem tenet. lib. 1. Barbarius consil. 1. n. 12. v. 1. ergo sequitur. lib. 4. Cardin. consil. 8. 1. n. 4. v. 1. illud statutum Fuldian. et. n. 19. v. 1. sicut causas, ut consil. Ex quibus omnibus videtur inferri non posse Episcopum abrogare constitutiones factas in Synodo diecestan. nisi ipsa Synodus consentiat, & ita tenteret expetit Gallego. Man. Veg. suprad.

10 Nihilominus probabilis causa posse Episcopum inconsulto Synodo constitutiones synodales abrogare, si id videtur expedire (ratio tamen id expedire) sic colligitur ex Navarr. sum. cap. 25. num. 74. & cap. 1. n. 4. de Simeone. Azor. illum referente lib. 5. m. 1. cap. 15. q. 3. Sanch. lib. 8. de mar. disp. 17. n. 3. Barbosa de porci. Ep. cap. 2. p. allegat. 34. n. 3. Hi omnes docent Episcopum dispensare, qui dispensat in constitutionibus a se causa validè dispensare, qui dispensat in constitutionibus a se causa factis: nam ceteri, & patet in Synodo congregati non faciunt constitutiones, sed solum præbent consilium ad illos facientes, non ex necessitate, sed ex utilitate, & convenientia, ut prudentius Episcopus procedat. Ex qua ratione efficit posse Episcopum tales constitutiones abrogare, cum ab eius voluntate solum dependent.

11 Neque obstant argumenta contraria,

Ad primum nego habere solum decisum clericos ibi congregatos, eos non leue iudicium est solum Episcopum constitutiones subscrivere, abique via clericorum mentione.

Ad secundum concedo Episcopum esse partem Synodi, & caput illius, & illius superiorum habentem iurisdictionem legi, & coetum, quam non habet Decanus responsum Capitali; solum illi concedunt potestas congregandi Capitulum, proponendi, & retulendi, quod pro maiori parte facit decisum.

Ad tertium negamus Episcopum auctari constitutionibus syndicibus alio modo, ac auctor suis constitutionibus a se factis, quibus solum ex quadam de cœna obligatur.

Ad quartum respondere cum Ro. 14. 1. decim. nonissim. Parvus decim. 34. a. num. 3. pag. mbi. 31. negamus statutum factum de concilio aliquorum transire in contractum, quando contentus non expulsum, ut necessarius, & quando conscientes non tribuanus aliquid statuerint, sicut tribunus factentes ad habitandum in aliquo loco, eo quod illis immunitas concedator, si venerint, aduentus enim illorum, est quasi quadam illorum donatio, qua facta restocati non possunt statutum, ut bene tradit Bart. In quod semel numero 1. v. 1. ex quo habet. ff. de decessu ab ordine factu. At in supradicta Synodo, neque contentus clericorum, qui ibi congregantur, est necessarius, neque aliquid Episcopi tribuant, aut recipiunt; sed solum se habent, sicut populis qui legem principis acceptar, vel sicut Regis consiliarij, qui consilium præbent Regi, illumque instruunt in legi ferenda, à quibus tamen Rex non necessario dependet, neque in constitutione legis, neque in illius abrogatione. Sic est dicendum de Episcopo in Synodo diecestan.

P V N C T V M III.

De interpretatione legis.

I Interpretatio nihil aliud est, quam declaratio legis ad illum causum esse, vel non esse extensam. Dupliciter autem hoc fieri potest, vel ab ipso legislatore, vel à viis doctis. Si fiat à legislatore, quaececum talis est, vocatur interpretatio authentică. Si fiat à viis doctis, vocatur doctrinalis declaratio, de quibus glossa in lib. de interpretatione. ff. de legi. sylvest. vobis interpretatio m. 1. Taberna Angel. Sac. & alii Summarist. lib. Decius & Panorm. cap. 1. de potu. prelat. Vi autem cognoscas, quando lex per interpretationem collet, oportet examinare.

Qui possint legem interpretari, & quo casu interpretatio illis licet sit.

Secundo que regula seruanda sit, in interpretatione facta.

Tertio ad quos casus lex extendi, vel coarctari debet.

S. I.

Qui possint legem interpretari authenticā.

1. Solus conditor legis, vel illius successor, aut illorum superior potest.
2. Proponit obiectio. Soluitur. Declaratur hanc interpretationem publicandam esse, sicut & legem.
3. An declaratio Cardinalium circa Tridentini decreta vim legi habeant? Preponitur non habere.
4. Si publicata sint, vim legi habent.
5. Si publicata non sint, tamen si illis authenticis constet, non habent vim legi. Qui consentant.
6. Probabilis videtur oppositum.
7. Iudicibus inferioribus non licet legem authenticā declarare.

1 R. Respondeo solum conditionem legis aut illius superiorum, & successorem sam interpretari posse: quia solus ille est, qui potestatem habet obligandi per illam legem, ac proinde inducendi ex eius declaratione obligationem constitut ex l. fin. Cod. de legibus, ibi leges condere sibi Imperatori concessum. Et leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. L. in reservo ff. de pratis ipsius. Et cap. 1. q. 1. Et cap. inter alia, de sententi excommunicati, & alii que referuntur à glossa in reg. contra iuris de reg. iur. in 6. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 1. 6. q. 16. Salas de leg. disp. 2. f. 2. s. 1. lib. 6. c. 1. n. 2.

2 Dices mentem cuiusunque sibi soli notam esse; ergo solum, qui condit legem, potest illam certò, & infallibiliter declarare. Ergo non successor, neque eius superior. Hi enim solum illius intendit coniectari possunt.

Respondeo successorem, ut superiorum legislatorum, cum legem aliquam declarat authenticę, non tam declarat intentionem personalem primi conditoris, quam sensum, in quo debeat lex deinceps recipi, & obseruari. Et licet huiusmodi sensus forte sit extra mentem primi conditoris, non tollit, quoniam dicit possit illius legis declaratio, quia in illa lego fundatur. Debet autem haec declaratio publicari ea solemniter, qua lex; alii non erit authenticę, neque legis obligationem habebit, sed solum ex declaratio doctrinalis, sicut cuiuslibet alterius vii docti, gravioris tamen authoritatis. sic Suarez lib. 6. c. 1. n. 3.

Dixi, solum conditorem legis, cuius successorem, aut superiorum posse legem interpretari authenticę, quia nullus alius in actuum respetu habere potest iurisdictionem, sic omnes.

At dubium est, sine aliquibus communis haec potest saltem pro aliquo cau.

Et dubitari potest primò de congregatio Cardinalium designata ad declarandum Concilium. Secundò de iudicibus inferioribus.

3. Circa primum de congregatione Cardinalium exstat Bulla 7. Sixti V. edita anno 1588, quæ incipit In mensa. In qua postquam tibi Ponitex referunt potestatem congregandi Concilium, & res fiduciarias, subiungit. Cardinalium vero pro professiōne interpretationis, & executionis Concilij Tridentini, si quando in his quæ de morem reformationis, disciplina, ac moderatione, & Ecclesiastice iudicis, & alii, quæ humana platura sunt, dubitantes difficultas emerget, & interpretandi facultatem (nisi tam consilium) impetrantur. Ex quibus verbis confat sibi congregatio commissam esse hanc facultatem interpretandi leges Concilij Tridentini: illa tamen conditione, ut summa Pontificis consulatur. Hinc ergo oritur dubium, an declaratio huius sanctæ congregationis, quæ passim circunferuntur, vim legis habeat, vel solum sicut quedam declaratio es doctrinalis, magno ponderis, & auctoritatis?

Videtur quidem, ut doctrinalis habendas esse. Primit, quia ratiō haec laetitia congregatio Pontificem confitit: ut testatur Salas disp. 2. f. 1. pag. 566. vbi ait: Illud vero ex declaratioibus imprimis, & manu scriptis patet, quid congregatio non semper, sed in raro casu, & in gravioribus, & difficultibus dubiis summum Pontificem consulere solet. Si ergo non feruat conditionem, sub qua potestas declarativa illi est concessa; non debet conferi sicut declaratio vim legis habere. Secundò, quia huiusmodi declaraciones sicut in eis pugnant, ut notauit Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 8. n. 6. Ergo nulla est authenticę, quæ ex illis est authenticę interpretatione: non prior: alia non succederet secunda illi contraria. Non secunda, quia non habent potestatem derogandi legem, sed interpretandi factam. Ergo nulli illarum declaracionum est necessario standum. Tertio, si declaratio huius sanctæ congregationis vim legis habet, debet solemniter publicari, sicut & communiter dicitur de declaratione authenticę ipsius legislatoris: ut haec declarations esse typi mandatur, nec à Pontifice mandatur publicari. Ergo signum est vim legis non fortis. Quartò, quia multo legum, & obligationum viranda est, quoad fieri possit: si à declarations Cardinalium vim legis habent, innumeræ essent leges Ecclesiasticae, propter innumeram sunt responsa huius facta congregationis. Ergo dicendum est solum esse declarations doctrinalis: & ita tener Sanchez libro 6. de mar. disp. 1. num. 10. circa finem. Valsquez idem sentit videtur 1. 2. d. sp. 17. cap. ultim. Navarr. relatus a Salas disp. 1. de legibus, f. 9. numero 4. docet his declaracionibus non esse standum.

4. Pro resolutione ad vertendum est nos loqui posse de his declaracionibus, antequam promulgantur, vel facta illarum promulgatione. Et quidem si aliquis sicut solemniter promulgat, demissi esse potest dubium vim legis habere, quia concurrent in eis omnes conditions quæ pro legis constitutione sunt requisita, scilicet potestas, & promulgatio.

Neque obstat, si dictas potestatae esse datam ad declaracionem doctrinali, non legi, ut dicitur: ut sentit quidam vir dominus tacito nomine relatus ab Emanuel Rodrig. 1. tom. 99. regul. 11. art. 2. Quia ad hanc doctrinalis declaracionem non indigebant Cardinales potestatae concessa. Ergo dicendum est potestam pro declaratione legislativa illis datam fuisse. Item eadem congregatio censuit has declaraciones tam vim habere,